

ad hoc ultra illa tuitas erunt addenda etiam ista peccatis tuis, vel saltem a peccatis.

4. Aliter Confessarius peccaret mortaliter, & exponeret sacramentum probabili periculo nullitatis sine necessitate, & contra iustissimam voluntatem penitentis, ut dicit Gobat tr. 7. n. 190. cum aliis, & maxime post damnationem factam ab Inn. XI. 2. Martii 1676. hujus propositionis primae in ordine: Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti relicta tutiore, nisi id veteri lex, consuetudo, aut periculum gravius damni incurrendi. Hinc sententia probabilis tantum uendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

5. Absolutio est valida, sed illicita, si detur aliis verbis, quae tamen non mutant sensum formae ordinariae, nec actum iudicij, sic valide absolvitur, si dicitur: Ego tibi remitto, vel condono peccata tua; Solvo te a peccatis tuis; Tibi a me remittuntur peccata tua; Absolvo dominationem vestram, vel maiestatem vestram, si Confessarius sic dicat reverentiae causa: Nos absolvimus te a peccatis tuis, si ly Nos denotet dignitatem personae singularis absolventis, ut si sit Praelatus. Tu a me absolveris a peccatis. Franciscus, vel Dominatio vestra, seu Maiestas vestra a me absolvitur a peccatis. Jubeo, volo te absolvi a peccatis. Omnes enim istae, & consimiles formae sunt validae, quia est in istis tantum mutatio accidentalis, cum verba retineant sensum a Christo intentum; sunt tamen illicitae, quia fiunt contra consuetudinem, & praeripiunt Ecclesiae.

8. Absolutio autem data his verbis, Ego te mundo a peccatis tuis, vel aliis verbis consimilibus, a pluribus censetur insufficientes, quia non videtur significare absolutionem per modum sententiae iudicialis, qualis requiritur ad sacramentum Penitentiae, utpote quod per modum iudicij est a Christo institutum, adeoque qui eam daret sub simili verbis peccaret mortaliter, cum semper mortale sit extra casum necessitatis uti materia, & forma dubia in sacramentis, sicuti secundum multos peccaret etiam mortaliter, qui extra casum necessitatis voluntarie relinqueret Ego, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Omissio vero altarum precum, si fiat aliqua rationabilis causa, v. g. in magno concursu Penitentium, in frequentioribus, & brevioribus confessionibus, non est nequidem peccatum veniale, cum nullimode specent ad essentiam absolutionis sacramentalis, nec ad ipsius sacramenti administrationem sint necessariae, sed solummodo de Ecclesiae Sanctae more laudabiliter adiungantur, ut expresse docet Trident. c. 13. s. 1. Verbis relatis n. 7.

10. Pro digna autem, & practica usuali administratione sacramenti Penitentiae consul-um est, ut laudabiliter practicatur a multis, quod Confessarius dicat Penitenti antequam incipiat confessionem, Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut rite, & competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris, formando signum crucis versus eum, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Denique rite peracta confessione, & iniuncta penitenti prius salutari penitentia, dicit, ut praescribit Rituale Romanum iussu Pauli V. editum, Memento tui Omnipotens Deus, & dimittis peccata tua, ut perducas te ad vitam eternam. Deinde dextera versus penitentem elevata: Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi Omnipotens, & misericors Dominus. Amen. Postea: Dominus Noster Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis (hoc verbum suspensionis omittitur in Laice) & interdicti in quantum possunt, & tu indiges; Deinde Ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Et ultimo: Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. M. V. & omnium Sanctorum, quodquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem omnium peccatorum, augmentum gratiae, & primum vitae aeternae,

11. Amen. Urgente vero aliqua gravi necessitate, ut puta periculo mortis instanti, breviter Confessarius dicere poterit: Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen, ut ad literam docet Rituale Romanum.

2. Absolutionis verba non praecise, & nudè indicant, & declarant penitentem esse a Deo absolutum, sed per modum sententiae iudicialis important absolutionem penitentis a peccatis loco Dei a Confessario velut a Iudice pronunciatam. Et ratio est, quia in formis sacramentalibus verba id vere efficiunt, quod significant; verba autem absolutionis sacramentalis vere significant absolutionem in persona propria Sacerdotis, & non meram declarationem absolutionis jam positae, ut clare patet ex tenore verborum, quae profert audita confessione ipse Sacerdos, dicit enim: Ego te absolvo a peccatis tuis; absolvere enim non est praecise declarare, adeoque Confessarii vere absolvent, & non tantum indicant, sed declarant penitentem esse a Deo absolutum: Et sic habetur ex Conc. Trid. sess. 14. c. 6. de Ministro hujus sacramenti, & absolutione: Quamvis autem absolutio sacerdotalis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium... declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus iudicialis ab ipso velut a Iudice sententia pronuntiat; & etiam ex Can. 9. ejusdem sess. & cap. his verbis: Si quis dixerit absolutionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuntians, & declarandi remissa esse peccata constituitur. Anathema sit.

3. Absolutio non est valida si proferatur modo deprecativo. V. G. absolvas te Deus, Oro Deum, ut te absolvat, vel similibus deprecativis verbis. Est comm. Doct. Et ratio est, quia sacramentum Penitentiae est a Christo institutum per modum iudicij, ut habetur ex Trid. sess. 14. c. 2. & 6. mox clarè ubi asserit, Confessarium esse iudicem; hocque sacramentum exerceri per modum iudicij; sed non potest esse tale, nisi intercedat sententia iudicij iudicialis, in iudicij enim sententia non proferitur deprecativo, sed jubendo, adeoque &c. Tum quia Christus non dixit pro quorum peccatis oraveritis, sed quorum peccata remiseritis, remittuntur; cum enim Christus dedit Sacerdotibus potestatem remittendi peccata, eis dicens, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Joan. 20. Quae cumque solveritis super terram, erunt soluta, & in caelo, Matth. 18. manifestè ostendit, quod in illius potestatis exercitio ea debent usurpari verba, quae huius vim, & amplitudinem certius exprimant; sed verba ista Ego te absolvo, &c. statuta a Conc. Flor. in decr. unionis, & a Trid. sess. 14. c. 3. vim illam, & amplitudinem expressis procerdotibus declarant, quam haec alia deprecativa oro Dominum, ut te absolvat, absolvas te Deus, & similia; adeoque, &c.

4. Non adeo facile pronuntiandum est, validam non esse absolutionem verbis deprecativis contentam; nam licet Graeci aliqui Orientales deprecativae formula uterentur etiam Concilij Florentini tempore, ut ex eorumdem Eucharistia constat; tamen Patres, quibus id erat apprime cognitum, nihil hac in parte mutandum censuerunt, deinde Clemens VIII. & Benedictus XIV. Graecis sub Latini Episcopis degentibus praecerunt, ut Latinos absolvendo uterentur formula iudiciali, sed in absolutione Graecorum deprecativam formam adhibere non prohibuerunt; etsi probe nossent hanc illos usurpare. Quorum verò id, nisi quia ratum existimare penitentiae sacramentum etiam deprecativae Graecorum formula collatum? Denique Orientales, vel haec verba habent absolvas te Deus per me, pro humilitatem meam, vel verba illa subadiungunt, sicut dum in Baptismo ajunt: Baptizatus servus Dei, &c. subintelligitur a me: Ego ministerium Sacerdotis deprecativae forma exprimit, & ipsam Sacerdotis absolutionis actionem ita declarat, ut ipsum veluti Dei ministrum peccatores penitentis a peccatis absolvere designet. Non est ergo irritum per hanc collatum foenialium sacramentum.

5. Absolutio nequit dari absenti per nuntium, vel per literas; est communis, & colligitur ex Can. Quem penit. 28. de penit. dist. 1. ubi habentur praecisa verba: Praecipit enim Dominus mundandis, ut ostenderet ora Sacerdotibus docens corporali presentiam confertenda peccata non per nuntium, non per scripturam manifestanda. Dixit enim ora monstrare, & omnes, non unus pro omnibus; non alium statutis nuntium, qui pro vobis offerat manus a Moyses statutum, sed qui per vos peccatis, per vos erubescatis, erubescens enim ipsa partem habet remissionis; ex misericordia enim hoc praecipit Do-

minus, ut neminem peniteret in occulto, in hoc enim quod per seipsum dicit Sacerdoti, & erubescens vinum timore offensus, fit veniat criminis. Et habetur expressè ex Clem. VIII. conc. incip. Sandissimas, emanat. 20. Julii 1602. his verbis: Hanc propositionem, scilicet, licere per literas, seu internuntium Confessario absentem sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolvi, licere per literas, aut eodem absente absolvi, scandalosam damnavit, ac prohibuit; praecipitque, ne deinceps ista propositio publicis, privatisque locutionibus, concionibus, congressibus doceatur, neve unquam tamquam aliquo casu probabiliter defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputative tractaverit, (nisi forsitan impugnavit) vel ad praxim directè seu indirectè deduxerit, praeer expressè communicatione lata sententiae, quam ipso facto incurrat, & a qua non possit praerogari in articulo mortis ab alio absolvi quacumque dignitate fulgente, etiam S. Romanae Ecclesiae majori Penitentiaro, nisi ad pro tempore existente Romano Pontifice absolvi, alicuius etiam penis, arbitrio infligendis, subiaceat? Vide verb. Abentis quoad absolutionem.

6. Absolutio potest dari ab uno pluribus simul, ut de facto ab eodem Confessario simul absolvantur multi milites ante praellum, & etiam in naufragio, aut incendio, vel aliis similibus casibus ab uno solo Confessario multi praesentes in eodem periculo absolvantur, dicendo Absolvo vos a peccatis; Sic communitè tenent Tambur. de Confess. l. 2. c. 10. n. 4. Lugo disp. 13. sect. 6. n. 141.

7. Coniunc. Azor. Avers. & alii passim; Et talis absolutio esset, non quidem formaliter, sed virtualiter, & aequivalenter multiplex, & essent tota sacramenta, quot homines ponentes aliquid confessionem, & dolorem cum proposito, La Croix lib. 6. p. 2. n. 645. & alii communiter. Similiter potest dari absolutio uno a pluribus simul, ut tenent supra citati Doctores; quamvis enim sit illicitum, quod penitens confiteatur eadem peccata duobus, vel pluribus Sacerdotibus simul, & ab eisdem duobus, vel pluribus Sacerdotibus simul absolutionem accipiat; ex quo sit contra consuetudinem Ecclesiae, ut cum multis sentit Suarez disp. 8. sect. 4. n. 2. de Penit.

8. tamen absolutio erit valida, immò possent dari casus, in quibus nedum esset valida, sed etiam licita, ut si moribundus, qui confessionem petat, adveniat duo Sacerdotes, & uterque illum sensibus destitutum absolvat, vel si in naufragio aut incendio aliquis multis Sacerdotibus praesentibus confiteatur, ut ab illis absolvatur, vel si penitens bona fide i faceret, existimans ita licere; in his enim, & similibus casibus valida, & licita esset utraque absolutio simul data, cum utraque concurreret ad gratiam sacramentalem, ex quo non sit major ratio de una, quam de altera.

9. Immo, ut volunt Card. de Lugo disp. 13. de sacramento Penit. sect. 7. num. 166. & 172. La Croix lib. 6. part. 2. num. 647. Aversa q. 12. sect. 3. & alii, in illis casibus, si Penitens ita confiteretur pluribus, ut intendere a quolibet seorsim, & independentè ab altero absolvi possit, ut in his casibus simul absolvi possent.

10. Quamquam praecipuum abstinendi a carnibus diebus sabbati, olim etiam Hispania complectebatur vasculos, tantummodo quae talis prohibitio postea dispensata fuisset determinata parte carnis animalium; subiecta fuit simili restrectio pro Castella, Legionis, Indiarumque Regnicolis; conessusque, ut cujuslibet patris ex illorum corpore, etiam volatiliam edere possent, diebus vigiliae, abstinendaeque exceptis, suo tamen manente vigore primivae prohibitione Aragoniae in Regno. (1)

BENEDICTUS PAPA XIV. Venerabilis Praeter, salutem, & Apostolicam benedictionem.

(1) Jam pridem a dilecto filio nostro Trojano S. R. E. Cardinali, Aquaviva nuncupato, pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, supplicatum nobis fuit, ut Regnis Castellae, Legionis, atque Indiarum, in quibus veteri consuetudine licet edere partes extremas animalium, pedes nempe, alas, colla, atque intestina die sabbati pro totius anni spatium, non tamen diebus sabbati per quadragessimam occurrentibus, aut cum praecipitur apostolica autoritate, licentiam, & facultatem obtinere, per utraq; absolutionem conferretur major gratia, quam per unam solam; quia non est cur unum sacramentum impediatur a suo effectu producendo, propter consortium alterius sacramenti; sicut enim absolutiones illae, si non simul, sed successivè praestentur, singula darent effectum suum, & utraque conferret plus gratiae, quam una sola, sic simul exhibita darent eundem effectum, quem darent successivè, & essent plura sacramenta, quia verè essent plura iudicia, & multiplicaretur absolutio, quae in recto importatur, & virtualiter multiplicaretur etiam dolor, & confessio, adeoque singulis illis absolutionibus simul datis corresponderent diversae gratiae, cum quolibet illarum deberet habere effectum diversum.

Alia ad rem novissimè emanata: Vide verb. Confessarius art. 1. num. 87. & seq.

ABSTINENTIA.

SUMMARIUM.

- 1. Abstinentia a carnibus est praecipua pro omnibus diebus Veneris, & Sabbati.
- 2. Item pro toto tempore Quadragesimae.
- 3. Item pro quatuor anni temporibus.
- 4. Item pro variis vigiliis, quae enumerantur.
- 5. Si vigilia incidit in die dominica, non fit in ipsa abstinentia, sed anticipatur in Sabbato.
- 6. Si etiam debet anticipari feria 4. Vigilia S. Joannis Baptistae, si ceciderit in die Corporis Christi.
- 7. Non potest tamen anticipari Vigilia S. Matthiae, etiamsi occurrat ultima die Baccanaliis.
- 8. Si Nativitas D. N. J. C. accidat in die Veneris, dispensantur omnes ab abstinentia carnis, exceptis illis, qui tenentur voto, vel regulari obsequio.
- 9. Tempore Quadragesimae adest praecipuum abstinendi nedum a carnibus, sed etiam ab ovis, & lacteiniis.
- 10. Abstinentia nimia a cibo, vel potu, vel somno impediret aliquem, ne postea suis possit fungi officiis, est mala, & peccaminosa.
- 11. Abstinentia ab omni cibo, & potu ultra terminum naturalem septem, aut novem, aut ad summum undecim dierum, in iis, qui vitae sanctimonialis excolunt, constituta facti veritate, censenda est supernaturalis, & miraculosa.
- 12. Deducitur ex variis exemplis Scripturae Sacrae.
- 13. Et sic habetur de multis Sanctis.
- 14. Abstinentia diuturna ab omni cibo, & potu potest dari naturaliter, etiam sine miraculo.

ABSTINENTIA a carnibus est praecipua pro omnibus diebus Veneris, & Sabbati, de consecr. dist. 3. cap. De usu carnis, & dist. 5. cap. Quia dies, & Nicolaus primus ad consulta Bulgarorum. cap. 5. de observant. jejuniar. Item pro toto tempore Quadragesimae, Hb. 5. const.

1. Quamquam praecipuum abstinendi a carnibus diebus sabbati, olim etiam Hispania complectebatur vasculos, tantummodo quae talis prohibitio postea dispensata fuisset determinata parte carnis animalium; subiecta fuit simili restrectio pro Castella, Legionis, Indiarumque Regnicolis; conessusque, ut cujuslibet patris ex illorum corpore, etiam volatiliam edere possent, diebus vigiliae, abstinendaeque exceptis, suo tamen manente vigore primivae prohibitione Aragoniae in Regno. (1)

*Apost. capit. 12. Concil. Senonen. cap. 7. de consecrat. dist. 5. cap. Quadragesima, Concil. Colon. II. part. 9. cap. 6. Concil. Tolet. VIII. cap. 9. Nicolaus I. ad consulti- Bulgarov. cap. 5. De observ. Jejun. Concil. Claramontan. cap. 23. & Concil. Sabinen. cap. 17. Item pro quatuor anni temporibus, Callist. I. epist. 1. dist. 76. cap. Jejunium, cap. Statutissima, Concil. Sabinen. cap. 17. Nicolaus I. ubi supra, Concil. Oxiens. cap. 1. & Concil. Mediolan. I. part. 2. tit. de Jejunio. Item pro vigiliis Natalis Domini, Pentecostes, Assumptionis B. M. Virginis, Festi omnium Sanctorum, Nativitatis S. Joannis Baptiste, S. Laurentii, & omnium Apostolorum, exceptis SS. Philippi, & Jacobi, & B. Joannis Evangelistae vigiliis, quoniam illorum solemnitas infra solemnitatem paschalem, istius autem infra natalem Domini celebratur, de observ. Jejun. cap. Consilium, Concil. Mediol. I. p. 2. tit. de Jejun. & Concil. Erfordiens. I. cap. 1.*

3 Si vigiliae incidant in die dominica non fit in ipsa abstinentia, sed anticipatur in sabbato, de observ. Jejun. cap. Ex parte, & cap. Consilium. Sic etiam debet anticipari feria 4. vigilia Sancti Joan. Baptiste, si cadat in die Corporis Christi, Urban. VIII. in append. 2. cons. 43.

7 Cum evenire. Non potest tamen anticipari vigilia Sancti Mathiae, etiamsi occurrat ultima die Bacchanalium. (Non potest anticipari vigilia haec ex arbitrio, & Episcopi auctoritate; potest vero auctoritate pontificia: &

etur, edere liceret pedes, alas, & colla animalium: eadem tamen facultate carere regna Aragonie, Valentiae, Majoricae, Minoricae, & Principatum Catalanae, quibus in locis temperantia à carnibus eodem pacto per sabbatum, quo per dies veneris, observatur. Tandem idem Cardinalis affirmavit eò rem devenisse, adeoque sollicitos, & anxios esse populos omnes, qui versantur in illis locis, ubi partibus extremis animalium vesci solummodo, reliquis autem abstinere debent, ut necessarium duxerit largiri licentiam, & facultatem, quae à memorato Cardinali Aquaviva, uti dictum est, petebatur.

§. II. Consilio tanti Cardinalis, quem Nos semper maximi fecimus ob singularem pietatem, doctrinam, & rerum hispaniarum cognitionem, acquiescere tutissimè poteramus; sed cum nulla diligentia supervacanea judicari deberet in hoc gravissimo negotio, in quo disciplina nimis relaxari, & prava consuetudini nova superaddi videbatur ab institutis ecclesiae prorsus aliena, aliorum pariter in hac re sententias requisivimus. Itaque postquam certi facti sumus, Episcopos, & Viros Ecclesiasticos Hispanos, sapientiae, ac pietatis laude insignes, qui in Hispania degunt, in hanc opinionem convenire omnes, non modo utile, sed necessarium esse populis, quos antea nominavimus, largiri licentiam, & facultatem, ut non solum quibusvis partibus animalium, sed omnibus liberè ad mensam utantur per sabbata simplicia; & si nequaquam id liceat, illud necessariò consequi, ut illi qui Deum timent, in maximas angustias, ac dubietates adducantur, ceteri vero qui parum de ecclesiae disciplina solliciti sunt, ipsam apertissimè, atque injuriosè contemnant, rem etiam universam praclaris Theologis, doctisque viris hic Romae examinandam proposuimus, Nosque ipsi accurato studio perpendimus.

§. III. Ac primum in mentem venit integram abstinentiam à carnibus indicare per dies sabbati, quemadmodum tot aliae nationes; & plura quaeque Hispaniarum loca facere magna religione consueverunt. At Nos omnimodis hic recensere, qualiscumque sit, illorum opinionem, qui hanc consuetudinem edendi postrema animalium partes, tum coepisse arbitrantur, cum fel. rec. Adrian. I. Egilam Toleti Archiepiscopum vehementer objurgavit, eò quod in Hispania carnes apponerentur die sabbati, sicuti in Graecia fieri solebat. Nos, inquam, permoti exemplo Sancti Gregorii VII. Praedecessoris istidem nostri, qui potius admonens, quam precipiens hortatus est Christianos, ut sabbati diebus à carnibus abstinere, nisi fortè solenne aliquod festum isdem diebus celebraretur; adducti pariter exemplo Innocentii III. Praedecessoris similiter nostri, qui hujusce consuetudinem plurimam rationem habuit, in-

Benedictus XIV. epistola ad omnes Archiepiscopos, & Episcopos ditionis ecclesiasticae dat. 5. Januarii 1751. eam à die Bacchanalium in quam incidebat, in sabbatum praecedens transtulit, monitis ecclesiasticis, & regularibus, ne anticipatione illa, illaque dispensatione uterentur S. R. Congr. 23. Januarii 1694. Si nativitas Domini N. J. C. accidat in die veneris, dispensantur omnes abstinentia carnis, exceptis illis, qui tenentur voto, vel regulari observantia. Nicolaus I. Cons. Bulgar. cap. 5. de observat. Jejun. Honorius III. cap. Explicari de observ. Jejun. qui Episcopo Pragensi super hoc puncto interroganti respondit. "Explicari per Sedem Apostolicam postulasti &c. Respondemus, quod illi, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti, in sexta feria si festum natiuitatis dominicæ die ipso venire contigerit, carnibus propter festi excellentiam vesci possunt secundum consuetudinem ecclesiae generalis. Nec tamen hii reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere."

Tempore quadragesimæ adest præceptum abstinendi, nedum à carnibus, sed etiam ab ovis, & laciniis dist. 4. cap. Denique, Concil. Mediolanens. I. part. 1. tit. de Jejunio, ubi habentur præcisa verba: "Sancta Tridentina Synodus Pastores omnes hortatur, ut, quae obtestatur omnem diligentiam ad fideles cohortandos, ut ea quae, ad demandandam carnem conducunt, praesentim ciborum delectum, & Jejunium omni studio amplectantur. Itaque

super expedientes doctrinam S. Antonini, aliorumque praesentium Theologorum, illos nempe lethali culpæ obnoxios esse, qui die sabbati absque legitima causa vescantur carnibus, in iis locis ubi consuetudo contraria fuerit postremò illud animo cogitantes, non solum in Hispania, sed etiam in quibusdam Galliae diocesisbus veteri instituto carnis esum permissi in sabbatis, quæ inter natalem Domini, ac festum Purificationis interjiciuntur; his, inquam, causis producti, primum consilium, quòd in mentem venerant, deposuimus, facili conjectura perspicentes maximam difficultatem, quæ futura erat, si consuetudinem diuturnitate temporis confirmatam abraseremus iis populis, quibus edere postrema animalium partes, permittitur.

§. IV. Post hoc consilium, aliud nobis occurrit, nempe veterem consuetudinem ab ea, quæ recentior est, discernere, sive quòd idem prorsus est, solum indulgere, ut intestina, & partes extremæ animalium in mensam afferantur, uti consuetudo jam dudum tenuit, at simul auctoritate nostra prescribere, ne reliquæ partes animalium in cibum sumantur: sed huic sententiæ magnoperè aduersantur ea, quæ superius commemorabimus: nempe dubietates, molestique scrupuli Fidelium ex una parte, & ex altera contemptus abstinentiae, quàm faciliè negligenter illi, qui divino timore parùm ducuntur: quæ cum ita se habeant, solum supererat, facultatem largiri, ut diebus simplicibus sabbati, non verò quadragesimæ, carnes absque ullo discrimine permittantur; siquidem hoc pacto ratio habetur humane fragilitatis, ac tenuitatis: pii fideles ab omni sollicitudine, metuque exipiuntur, ac postremò plurimis scandalis aditus intercluduntur.

§. V. Qua de causa morem gerentes voluntati ejusdem Philippi Regis Catholici, & obsecundantes vehementi studio tot virorum, qui in Hispania commendatione pietatis excellunt, fraternitati suae per praesentes committimus, & mandamus, ut nostro nomine, nostraque apostolica auctoritate, permittas, & indulgeas, ut in Regnis Castellae, Legionis, atque Indiarum per dies sabbati (quibus tamen, neque abstinentia consueta quadragesimæ, neque aliud Jejunium præcipitur) quibuslibet animalium partibus Fideles vescantur: eam vero conditionem adjicimus, nempe, si consuetudo hujusmodi, postrema animalium partes edendi diebus sabbati, jam dudum in iisdem regnis invaluerit, & ea veritate aliena minime sit, pericula Nobis exposita, & ea certò subeunda videantur, in carniom usus ad certas animalium partes solum redigantur. Interea apostolicam benedictionem tibi, Venerabilis Frater, percunctanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub ann. Piscatoris die 23. Januarii 1745. Pontificatus nostri anno. quinto. D. Cardin. Passioneus.

Jejus nos auctoritati, & SS. Canonum decretis inintentes edicimus, ut omnes carnes, ceterisque omnibus, quæ à carne trahunt originem, ut ovis, lacte, caseo, butiro, & hujusmodi per totam quadragesimam abstineant, & constat aperte ex proposito, 22. in ordine damnata ab Alexand. VII. 18. Mart. 1666. Non est evidens, quòd consuetudo non comedendi ova, & lacticia in quadragesima obliget.

10 Abstinentia nimia à cibo, vel potu, vel somno, impediens aliquem, ne postea suis positus fungi officii, est mala, & peccaminosa, de consec. d. 5. cap. Non mediocriter, ubi præcise dicitur: "Non mediocriter errant, qui à bono magno præferunt mediocriter bonum. Nonne rationabilis homo dignitatem amittit, qui vel Jejunium charitati, aut vigiliis præferat sensus integritati, aut propter abstinentiam immoderatam, atque indiscretam psalmodum, vel officiorum decantationem, aut amentiam, aut tristitiae notam incurrat?" Et sic expressè docet S. Thom. in dist. 15. q. 3. art. 4. questiuiculus. 1. in corpore his verbis: "Si vero aliquis in tantum virtutem naturæ debilitet per jejunia, & vigiliis, & alia hujusmodi, quod non sufficiat debita opera peragere, puta Prædicator prædicare, Doctor docere, Cantor cantare, & sic de aliis, procul dubio peccat:" sicut etiam peccaret vir, qui nimia abstinentia se impotentem redderet ad debitum uxori reddendum. Et hoc D. Thom. confirmat ex istis S. Hieronymi verbis relatis in supracit. cap. Non mediocriter. Rationabilis homo dignitatem amittit, qui Jejunium charitati, vigiliis sensus integritati præferat.

11 Abstinentia ab omni cibo, & potu ultra terminum naturalem septem, aut novem, aut ad summum undecim dierum in iis, qui vitæ sanctimoniali excellunt, constituta facti veritate, cesenda est supernaturalis, & miraculosa, cum ex sententia Aristotelis, & aliorum liquet, hominem continuo indigere alimento, ideoque nutritione viventem nunquam cessare, neque hominem secundum naturam à nutritione vacare posse vitæ salva; adeo ut lethalis sit inedia, quæ septimum diem excesserit ex sententia Hippocratis lib. 1. de princip. seu de carnibus num. 21. Macrobi. de somn. Scipion. l. 1. cap. 6. Turreblanc. in Epitom. delict. lib. 2. cap. 21. num. 2. Zachia q. 7. n. 2. Marc. Marion. Anulus Gall. Sennert. & alii, ex relatione Elinii Hist. natur. lib. 2. cap. ultim. licet non censeatur lethalis usque ad septimum diem tantum, est tamen lethalis inedia, si undecimum diem excesserit.

12 Et revera quod talis abstinentia in vitæ sanctimoniali excellentibus sit supernaturalis, & miraculosa, deducitur ex variis exemplis Scripturæ Sacrae, & aliis de multis Sanctis virtute conspicuis, qui sola Eucharistiae sumptione, divinarumque rerum contemplatione longam abstinentiam servarunt absque omni alio cibo, & potu. De Moyse enim habetur Exod. 34. Fuit ergo ibi cum Domino quadragesima dies, & quadragesima noctes; panem non comedit, & aquam non bibit; Et Deuteron. 9. vers. 6. Et perseveravit in monte 40. diebus, & 40. noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, & vers. 18. Et procedit ante Dominum sicut prius 40. diebus, & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens; ubi ab Expositoribus communiter panis pro omni genere ciborum, & aqua pro omni genere potus accipitur; sicuti etiam accipitur abstinentia Eliæ pergens ad montem Dei Oreb. 3. Regum cap. 19. Qui cum senex esset, comedit, & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius 40. diebus, & 40. noctibus, usque ad montem Dei Oreb. Et prætermissa abstinentia quadraginta dierum, & quadraginta noctium Christi Domini Matth. 14. & Luc. cap. 4. de Joanne Baptista habetur Matth. cap. 11. Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens.

13 Et sic habetur de multis Sanctis, ut de S. Catharina Senens. declaravit Pius II. in const. ipsius Canonizationis his verbis: Summa hujus Virginis abstinentia fuit. Inventa est aliquando à die Cinerum usque ad Ascensionem Domini Jejunium perduxisse sola Eucharistiae communionem contenta. Sic certo constat de S. Lud. Pio Galliae Rege, qui ultimis quadraginta diebus vitæ suæ post sumptam Sacram Eucharistiam ab omni cibo, & potu abstinuit. Sic de illo Sacerdote, qui totidem dies absque omni alimento Romæ vixit sub Leone X. Sic de Palum-

ba Interamensi tempore Innoc. VIII. Sic de plurimis aliis, quorum diuturna abstinentia post S. Communionem cum certa vitæ sanctimoniali conjuncta fuit supernaturalis, & miraculosa est censenda, ut solide docet Daniel Sennertius tit. 2. pract. lib. 3. part. 1. sect. 2. cap. 2. ad differentiam abstinentie eorum, qui sanctitate non claruerunt, nec clarent, quam dicit esse naturalem: Et circa istas abstinentias, quæ interdum prædicantur, & adstruuntur in quibusdam sanctitate minus illustribus, est benedicendum, ne etiam fictitiæ, & fraudulentæ sint, vel ope Demonis, ut non pauca sunt habita, & in dies adhuc habentur exempla.

14 Abstinentia diuturna ab omni cibo, & potu potest dari naturaliter sine miraculo, ut pluribus exemplis, & auctoritatibus probat Pignat. tit. 4. cons. 43. adducens aliquos sic vixisse nedum ad 40. annos, sed etiam ad ducentos; adducens insuper unum, qui nunquam manducavit, neque dormivit, & Puellam, quam nullo præter aërem cibo, ad decimum ætatis annum pervenit, & grandior facta nupsit, & prolem suscepit. Vide ibi ipsum, ubi 28. causas adducit. ¶ Qui desiderat in hac materia esse omnimode instructus, non omittat legere SS. D. Bened. XIV. in suo opere de Canonica. SS. lib. 4. part. 1. cap. 27. ubi tanta doctrina, & sacra eruditione hoc argumentum solidè pertractat, ut nihil ulterius desiderari posse videatur. Percurrenda est etiam Medicorum illustrium Jacobi Bartholomæi Beccarii, & Matthæi Bezani Bononiensium, elegantissima, & doctissima dissertatio, quam in obsequium ejusdem SS. Auctoris concinnarunt; eaque inter Appendices recusa extat tom. VII. Romane editionis Operum Benedicti XIV. pag. 535. ¶

ABUSUS.

SUMMARIUM.

- 1 Abusus quid, usque ad num. 6.
- 7 Abusus, seu abusiones Secularium sunt duodecim, & enumerantur.
- 8 Abusus, seu abusiones Religiorum, vel Claustralium, sunt etiam duodecim, & enumerantur.
- 9 Abusus in Baptismo, in Confessione, in Eucharistia, in Matrimonio, in Ordine, & in Sacra Scriptura, pena quæ sint, remissive.

Abusus præsupponit usum, & abuti proprie est ad alium usum re uti, quam in quem ea comparata est, l. 19. §. 34. §. 2. de usuf. (Conducti L. 3. tit. 2. p. 5.) Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate 11. q. 4. c. priv. (L. 42. §. 43. tit. 18. part. 3.) Unde abusus nullius sunt effectus. Rota Rom. p. 9. t. 2. dec. 406. num. 44. Abusus est facere processionem cum S. Sacramento de nocte feria quinta, & sexta majoris hebdomadæ, & diei perhibendum est ne fiat; S. C. Rit. in Mantuana 8. Augusti 1606. Abusus est, ut Superior monasterii, licet habeat jurisdictionem spiritualem, & temporalem, faciat ante se deferri crucem more Archiepiscoporum; S. C. Rit. in Corropoliens. Nullius 4. Martii 1606. Abusus est, ut Canonicus Clericus, vel Subdiaconus antiquior præferatur Canonico Presbytero moderniori; S. C. Rit. in Trop. 17. Junii 1606. Abusus antiqui in Processionibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur; S. C. Rit. 13. Maji 1603.

Abusus, seu abusiones secularium sunt duodecim. 1. Sapiens sine operibus. 2. Senex sine religione. 3. Adulescens sine obedientia. 4. Dives sine elemosyna. 5. Femina sine pudicitia. 6. Dominus sine virtute. 7. Frater contentiosus. 8. Pauper superbus. 9. Reginus. 10. Episcopus negligens. 11. Plebs sine disciplina. 12. Populus sine lege. Sic Glossa in Clementina, Ne in agro, de statu Monachorum verb. Curias Principum circa finem, ubi dicit quod Sanctus Cyprianus librum fecit de his duodecim abusionibus seculi. Abusus, seu abusionem Religionis, vel Claustralium, quibus tota Religionis machina corrumpitur, sunt etiam duodecim. 1. Praelatus negligens.

- 2. Discipulus inobediens. 3. Juvenis otiosus. 4. Senex obstinatus. 5. Monachus Curialis. 6. Monachus Causidicus. 7. Habitus pretiosus. 8. Cibus exquisitus. 9. Rumor in Claustro. 10. Lis in Capitulo. 11. Dissolutio in Choro. 12. Irreverentia circa Altare. Sic Glossa loci citat. verb. Curias Principum, in principio, ubi dicit, quod tales enumerat Hugo lib. 2. de anima Claustr.
- 9. Abusus in Baptismo, in Confessione, in Eucharistia, in Matrimonio, in Ordine, & in Sacra Scriptura, poenae quae sint. Vide verb. Puna art. 2. à n. 31. ad 49.

ACCEPTIO PERSONARUM.

SUMMARIUM.

- 1. **A**CCePTIO personarum quid sit.
- 2. **Q**ui in Judiciis, concursibus, communium bonorum, & honorum distributionibus, seu beneficiorum collationibus anteposit unam personam alteri, & illi conferri quod isti ex merito justitiae debetur, committit grave peccatum acceptiois personarum.
- 3. **A**d peccatum acceptiois personarum necessarium est, quod res uni potius, quam alteri debeat, qualicumque justitiae debito. Si enim neutri nullo modo debeat, sed mere liberaliter donetur, etiam spectata charitatis obligatione, tunc nullum committitur peccatum acceptiois personarum.
- 4. **N**ovae addit. usq. ad 8.

**A**CCePTIO personarum est vitium justitiae distributivae oppositum, quo sive in jure dicendo, sive in bonorum communium, aut honorum distributione, id quod alicui ex debito justitiae ex conferendum, datur, & attribuitur alteri, non ob justam causam, & meritum ejus ad ipsam rem, sed potius ob conditionem, & qualitatem ipsius personae ad talem rem non pertinentem; sic sentiunt DD. comm. Unde qui in iudiciis, concursibus, communium bonorum, & honorum distributionibus, seu beneficiorum collationibus, personam divitem, potentem, nobilem, parentem, amicam, & commendatitiam munitam anteposit personae pauperi commendatitii, & dicitis conditionibus desituit, conferendo illi ob tales condiciones, & qualitates id, quod isti pauperi ex merito justitiae debetur, committit grave peccatum acceptiois personarum contra expressam prohibitionem Levit. 19. Non consideres personam pauperis, nec honores cultum potentis, recte judica proximo tuo. In iudiciis enim, & causis non est habenda acceptio personarum: de regulis juris in 6. regula 12. juxta id quod habetur expressè Ecclesiast. 42. Ne accipias personam, ut delinquas, & Jacobi 2. explicite declaratur: Si accipias personam, peccatum operamini. (Concordat Lex. 36. tit. 9. lib. 6. Reg. Ord. & Lex. 44. tit. 18. lib. 6. Recop. Cast.) Unde S. Augustinus relat. à Divo Thoma 2. 2. q. 63. art. 2. in corpore dicit: Nec sane quantum arbitror putandum est leve esse peccatum in personarum acceptioe habere filium Domini nostri Jesu-Christi, si illam distantiam sedendi, ac standi ad honores ecclesiasticos referamus: Quis enim ferat eligi divitem ad Sedem honoris Ecclesiae contempto pauperi instruitore, atque sanctiore.

- 3. **A**d peccatum autem acceptiois personarum necessarium est, quod res uni potius, quam alteri debeat, qualicumque justitiae debito: Si enim neutri nullo modo debeat, sed mere liberaliter donetur, etiam spectata charitatis obligatione, tunc nullum committitur peccatum acceptiois personarum juxta illud Matthaei 20. An non licet mihi quod volo facere? Et circa hoc docet D. Thomas 2. 2. q. 63. art. 1. in corpore, quod duplex est datus, una quidem pertinet ad justitiam, qua scilicet alicuius dat alicui, quod ei debetur, & circa tales dationes attenditur personarum acceptio; alia est datus ad liberalitatem pertinet, qua scilicet gratis datur alicui, quod ei non debetur, & in hac donatione non habet locum personarum acceptio, quia quilibet absque injustitia potest de suo dare quantum vult, & cui vult. Et sic

etiam docet S. Antoninus 2. part. Summa Theolog. 1. r. cap. 20. In his, quae dantur mere ex liberalitate, non ex debito, non habet locum acceptio personarum, dantur magis uni personae, quam alteri, quia sumest quod datur, & nemini debet, & in resu unusquisque est moderator, & vindex.

**A**CCePTIO personarum brevis definitur ab Espenio Jur. Eccles. univ. part. 2. r. 32. c. 1. n. 1. Injustitia, qua praefertur personam unam alteri indebitum. Contra acceptioes personarum in beneficiis ecclesiasticis conferendis, extant querele Bracharensis Archiepiscopi coram PP. Concilii Tridentini, apud Pallavicinum in hist. Conc. Trid. lib. 23. cap. 7. n. 7.

Omnia Jura clamant, ut meliores, & sanctiores eligantur, & ideo peccant contra justitiam distributivam, qui omissio digniore eligunt dignum, ut notat DD. in cap. Constitutus dec. de appell. Cov. in rel. c. Peccatum de R. 7. in 6. §. 7. n. 4. Fagn. in c. Cum dilectus dec. de cons. n. 19. Patroni etiam laici eligere tenentur digniorem, ut contra Lambertinum probat Covarrub. loc. cit. num. 5. sed ad evitandas lites, & discordias presentatio Patroni de digno, omissio digniore, in foro externo irritari nequit: ut notat Canonista ad cap. 3. dec. de Jure Patron. Unde desumenda major capacitas, & quomodo de ea inquirendum, & quam grave delictum sit accipere personam in collatione beneficiorum, consule Espenium in Jur. Eccles. univ. part. 2. tit. 31. c. 3. & 4. DD.

ACCESSIO, SEU ADJUNCTIO.

Vide verb. Dominium art. 3. à num. 13. ad 69.

ACCESSORIUM.

SUMMARIUM.

- 1. **A**CCeSSORIUM naturam sequi congruit principalis.
- 2. **A**ccessorii idem est iudicium, quod principalis.
- 3. **N**on alterat principalem dispositionem, sed alii omnia famulatur.
- 4. **V**idetur concessum, cui est concessum principale.
- 5. **A**ccessorium non tenet, si non tenet principale, ad quod sequitur.
- 6. **C**orruit principali deficiente.
- 7. **I**ncluduntur addit. ex aliena, ad 17.

**A**CCeSSORIUM naturam sequi congruit Principalis; de reg. jur. in 6. reg. 42. Accessorii idem est iudicium quod principalis; (l. 2. §. 1. in legib. Styl.) Rot. Rom. p. 2. dec. 107. num. 2. Non alterat principalem dispositionem, sed illi omnino famulatur; Rota p. 11. dec. 147. n. 15. & 16. Videtur concessum cui est concessum principale; Rota part. 5. tit. 2. dec. 432. n. 3. Accessorium nec tenet, si non tenet principale, ad quod sequitur, de fide instrum. cap. Inter dilectos in fine. Corruit principali deficiente; Rota part. 7. dec. 261. n. 10. & 11.

**I**n argumento Principalis, & Accessorii illud imprimis spectare oportet, quodnam principalis, quodnam alterius accessorii loco habendum sit. Generatim autem nihil certi in jure definitum est, cum saepe eadem res modo pro accessoria accepta reperitur. Sic quandoque fundus Ville accessio est; licet regulariter Villa pro fundi accessione habeatur l. 8. & 10. in princ. ff. quib. mod. usufr. amitt.

In universum sic habeto: Pro Principali non quod pretiosum est, sed quod praeterea aestimandum erit. Saepè namque id, quod spectatio ejus praeio minus est, pro principali habetur: hinc habere pro principali oportet aurum, non gemmam illo inclusam, l. Cum aurum 12. §. 13. de aur. argenti. & legat. vestimentum, non subitum, l. Tigni 7. §. 2. ad exhiben. §. 26. lib. 3. tit. 1. insti. 1. solum, non aedificium, d. lib. 7. §. 10. & 12. Consensum leg. 34. 35. 36. 37. 42. 43. & 44. l. 28. p. 3. cum leg. 1. tit. 4. lib. 3. For. Reg. 6. & 7. tit. 1. lib. 10. For. judic. Ve-

9. **V**erum & hoc perpetuum neque esse videtur; cum, ut cetera taceam, in l. 20. ff. de aur. arg. & legat. disertè sancitur, aurum inclusis gemmis cedere debere. At ibi non aurum, sed gemmae sunt principales.

10. **I**n dubio vero rei praevaleant aestimanda est, vel ex usu rei, vel ex consuetudine patris familias, aut etiam ex rei visu respectivè, l. 26. l. 28. & l. 32. §. 5. eod. tit.

11. **P**orro circa hoc idem argumentum Accessorii scilicet, & Principalis, duae occurrunt regulae in tit. ff. de reg. jur. puta regula, l. 29. §. 1. & 178. quae isdem prorsus concepta sunt verbis, nisi quod in posteriori lege voce plerumque temperatur quod in priori generaliter fuerat prolatum.

At his in regulis, quid pro principali, quid pro accessorio habendum sit, magna cura non est; cum inibi pro principali aestimetur causa illa, quae princeps est, primumque, ut ita dicam, mobile in aliquo negotio, quod principaliter instituitur, agiturque; ut monet Jac. Gothofred. in comm. ad dd. lib. Accessoria vero dicuntur ea, quae licet à praefato principali causa secreta, ac divisa sunt, eandem tamen tamquam parvas adhaerentes i. e. consuetariae sequuntur sive ex conventionem partium, sive ex natura negotii, autem ex consuetudine.

12. **D**efinitur autem in dd. regulis, quod ea omnia, quae accessionum locum obtinent, omnino extinguantur, ubi principalis causa vel ab initio, vel ex post facto non consistit. Quod ut planum faciam, unum, aut alterum in medium afferam exemplum; etsi ob materiam vastitatem plures fingi possint species, de quibus consule Pet. Fat. in commun. ad tit. de reg. jur. dd. l. 129. & 178. & citat. Jacob. Gothof. eod.

13. **A**b initio igitur si principale non consistit, nec accessorium locum habere potest: sic dos esse non potest, si nuptiae consistere nequeant, l. 3. ff. de jur. dot. (l. 1. 7. 8. 12. & 25. tit. 11. p. 4. l. 1. & 5. tit. 2. lib. 5. Recop. Cast.) nihil sine heredis institutione in testamento scriptum valet, (Vide add. hinc in verb. Testamentum vers. ita testamentum cum leg. 1. tit. 2. lib. 5. Ord. etsi contrarium esset determinatum in procmo tit. 3. p. 6. & leg. 1. tit. 1. ejusd.) ut pupillaris substitutio, l. 1. in fin. ff. de vulg. & pupill. §. 5. Insti. de pupill. substit.

14. **E**x post facto pariter si principalis causa extinguitur, neque iis quae sequuntur locus esse potest; Ita debitor liberato per consequentiam fidejussor quoque dimittitur, l. 47. l. 69. in fin. l. 38. ff. de fidejussor. (l. 14. tit. 12. p. 5.) insuper crediti obligatione deficiente, pignorum quoque persecutio preterita est, l. 6. ff. de nat. favor. (l. 21. 35. & 38. tit. 13. p. 5.)

15. **A**t haec eadem regulae non ita perpetuae censeri debent, ut nullam recipere queant limitationem. Quandoque enim, etsi principale infirmetur, accessorium nihilominus consistit. Sic in re testamentaria, inducta heredis institutione, quae testamenti fundamentum est, libertates tamen, & cetera legata nonnunquam valent, l. proxime 3. in fin. ff. de his quae in test. delent. Et hodie, quando ex praeteritis causa heredis institutio infirmatur, legata ceteraque in testamento scripta consistere indulsit Justinus Aut. ex causa 6. de lib. plet. In materia pariter pignoris, & principalis obligatione submot,

In aliis causis, & criminibus, praeter hisce numeris specificata, variae assignantur personae: haud accusare valentes: inter quas dignum advertitur notatu, mentionem non fieri de eo, qui duplici accusationis libello tamquam innodatus actor, nequid adversus alium incipere processum. (1) Quis possit accusare, accusativè facile percipitur, nam dum de privato tractatur crimine, cuilibet, adversus quem fuerit commissum, & accusatio competet; si de publico incidit quaestio, est antiquius quisvis è populo etiam posset deducere, postea, nostraque etiam aetate, nullius roboris fere in omnibus aestimatur, cum jam legatur creatos fuisse à Regibus Catholicis Procuratores Fiscales regios super hujusmodi criminibus invigilantes; (2) In tantum ut oppidis, in quibus regius senatus, & per consequens Fiscalis de-

pignoris vincula durare dicuntur l. 2. C. de luit. pignori, & si quis pro parte haeres exiit, nisi totum debitum exolvat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest, l. 1. C. eod. tit. Ceteras exceptiones ad alias materias pertinentes vide apud citatos auctores.

De aliis vero regulis ad materiam Principalis, & Accessorii spectantibus consule Talden. de jurispr. ex temp. lib. 1. cap. 16. per tot.

ACCUSARE QUI POSSINT, VEL NON.

SUMMARIUM.

- 1. **O**mnēs accusare possunt criminaliter in causis propriis, ad num. 2.
- 2. **I**n crimine heresis, alicuique nonnullis, ad num. 9.
- 3. **N**on possunt tamen neque in supradictis accusare mente capti, & furiosi, alicuique, ad num. 14.
- 4. **Q**uoniam in aliis causis, & criminibus accusare non possunt, ad num. 29.
- 5. **P**arochiani, & patroni ecclesiae de crimine civitatem agere possunt contra Rectorem, ut amoveatur, ad num. 31.
- 6. **A**d. ex aliena manu signantur, ad num. 44.

**O**MNES accusare possunt criminaliter in causis propriis caus. 4. q. 6. cap. Omnibus, ubi expresse dicitur. Omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda. In defendendis injuriis sibi illatis, & morte suorum propinquoque caus. 2. q. 1. cap. Prohibente, ubi habetur: Hi tamen omnes si suam injuriam exsequantur, mortisque propinquoque defendant, ab accusatione non excluduntur. In crimine heresis cap. In fidel. 5. de heres. in 6. In crimine sacrilegii cap. In primis 5. de persona Januarii 2. q. 1. & cap. Si quis suadente 17. q. 4. §. Qui autem. In crimine Veneficii, seu Magiae, arg. l. ult. cap. de maleficio. In crimine Assassini, & Grassationis per vias publicas, l. Divus Adrianus ff. de custodia reor. argum. l. 2. non ideo minus C. de accusat. In crimine falsa monetae l. 2. Cod. de falsa moneta. In crimine Simoniae. cap. Sane 1. 2. q. 3. In crimine lese Majestatis, & aliis similibus criminibus atrocissimis arg. l. 7. & 8. ff. ad leg. Jul. Majest. cap. De accusat. & cap. Veniens 1. §. 3. Exciipiuntur tamen, ut neque in supradictis accusare possunt. I. Mente capti, & furiosi, quia non intelligunt quae geruntur: l. Dummodo 2. §. 1. de procurat. II. Excommunicati cap. 1. de exceptis, & hoc, ut suae contumaciae vitium reprimatur. III. Capitales inimici ad accusandum inimicum in praesentis criminibus admittuntur, plures injurè, & innocenter condemnarentur propter rationem adductam in mox laudato c. 2. caus. 3. q. 5. Ne irati nocere cupiant, aut lasi se ulcisci velint. IV. Clerici, & Religiosi, praesertim si esset infligenda poena sanguinis c. Sententiam 9. Ne Clerici vel Monachi & Si tamen pro-

por ende ordenamos, y mandamos, que en la nuestra Corte sean deputados dos Procuradores Fiscales Promotores para acusar, y denunciar los maleficios. . . l. 29. tit. 18. lib. 2. And. Ordenamos à los Fiscales, que tengan gran cuidado de la defensa, y conservacion de la jurisdiccion, patronazgo, y hacienda real, y castigo de pecados publicos, y de darnos cuenta con particular relacion de todo lo que en esto hubiere, y de quanto mas convenga à nuestro real servicio.

(1) L. 2. tit. 1. p. 7. ibi: E aun decimos, que aquel que oviese fechas dos acusaciones, non puede facer la tercera.

(2) L. 1. tit. 13. lib. 2. Porque los delitos no queden, ni finquen sin pena, ni castigo per defecto de acusador, y porque el oficio de nuestro Procurador Fiscal es de gran confianza, y quando bien se exercita, se siguen de él grandes provechos, asi en la execucion de la nuestra justicia, como en pro de la nuestra hacienda:

arcenda sua, & suorum injuria, vel pro utilitate, & defensione sua ecclesiae, esset necessaria accusatio, deberent expressè se protestari contra ponam sanguinis ad evadendam irregularitatem, cap. 2. de homicid. in 6.

15 In aliis causis, & criminibus accusare non possunt. Primo Excommunicati cap. Omnes 7. caus. 3. q. 4. c. 1. & 2. caus. 4. q. 1. Secundo Infames, viles, & criminosi cap. Infames 17. caus. 6. q. 1. cap. Alieni caus. 2. q. 7. 17 cap. Constitutum caus. 3. q. 5. Tertio Pagani, Heretici, & Judaei non possunt Christianos accusare, cap. Pagani 18. n. 24. caus. 2. q. 7. Quarto inimici capitales, & graves c. 2. caus. 3. q. 5. ne irati, ut dicit ibi textus, nocere cupiant, aut lesi se ulcisci velint. Et propter eandem rationem repelluntur ab accusatione etiam cohabitantes, & frequenter versantes cum inimicis accusati, quia amici accusatoris censentur esse inimici accusati, cap. 1. dist. 93. Quinto omnes illi qui subornati aliàs falsum testimonium dixerunt, vel pecuniam ad accusandum, vel non accusandum acceperunt, sicuti etiam pauperes, qui minus quam quinquaginta aureos in suis bonis habent, ut expressè habetur c. Prohibentur caus. 2. q. 1. nisi tamen isti pauperes essent tam bonae famae, ut ab omni suspitione merito liberi Judicis judicio censerentur, cap. 1. dist. 93. Quinto omnes illi qui subornati aliàs falsum testimonium dixerunt, vel pecuniam ad accusandum, vel non accusandum acceperunt, sicuti etiam pauperes, qui minus quam quinquaginta aureos in suis bonis habent, ut expressè habetur c. Prohibentur caus. 2. q. 1. nisi tamen isti pauperes essent tam bonae famae, ut ab omni suspitione merito liberi Judicis judicio censerentur, cap. 1. dist. 93.

21 Si quis cap. Quarendum 18. caus. 2. q. 1. Sexto jam accusati de aliquo delicto, isti enim nequeunt alium accusare, nec reaccusare suum accusatorem, nisi prius se purgaverint, & se probaverint innocentes, cap. 1. c. 3. caus. 3. q. 11. c. fin. de test. Septimo Liberi accusare non possunt parentes, Novell. 21. c. 3. §. 3. Nec è contra eorum parentes liberos arg. l. 3. Cod. de patria potest. Nec Fratres, aut Sorores ad invicem l. Si magnum 13. Cod. de his, qui accusare non possunt, nisi crimen sit leve, l. 1. dist. 93. Si Sororem 18. Cod. eod. Nec liberi patronum, aut ejus heredem l. Qui accusare B. ff. hoc tit. Octavo Clerici, & Religiosi c. Sacerdotes 51. caus. 2. q. 7. c. Sicut caus. 2. q. 7. Et maxime si esset infligenda poena sanguinis cap. Sententiam 9. Nec Clerici, vel Monachi, aliàs sine protestatione fierent irregulares, cap. 1. de homicid. in 6. Possunt tamen Religiosi accusare suum Prælatum, quia interest monasterii, ne habeat malum Prælatum, c. Ex part. 11. de accusat. Nono furiosus, & mente capti, quia quæ geruntur, non intelligunt. l. Dummodo 2. §. 1. ff. de procurat. & mortuis equiparantur l. Qui ad certam ff. locari. Et surdi, & muti à natura arg. leg. 1. §. 3. ff. de postulando. Decimo impuberes, seu pupilli, & mulieres, cap. Prohibentur caus. 2. q. 1. ubi expressè habetur. Prohibentur accusare alii propter sexum, vel aetatem, ut mulier, & pupillus. Undecimo Milites, & Magistratus, ne illi advocentur à castris, & isti ab officio occasione accusationis leg. 8. ff. de accusat. cap. Prohibentur caus. 2. q. 1. Duodecimo, Laici non admittuntur ad accusandos Clericos propter reverentiam Clericis debitam c. 1. c. 2. caus. 2. q. 7. & quod presumantur esse infesti Clericis, sicut dicit Pontifex in cap. 3. de immanit. Eccles. in 6. Nisi tamen laicus injuriam sibi, & suis à Clericis illatam persequatur c. De cetero 14. de testibus. Parochiani quoque, & Patronus ecclesiae de crimine civiliter agere possunt contra Rectorem parochiae, vel beneficii, ut amoveantur à beneficio; quia ipsorum interest habere bonum Parochum. Denique omnes, qui accusare non possunt in lege civili, ne etiam accusare possunt in canonica, cap. Nos sequent. caus. 6. q. 1. (Per omnia ferè conveniunt cum predictis l. 1. c. 4. c. 6. tit. 20. l. 4. For. Reg. 2. §. 4. tit. 1. p. 7. 14. tit. 8. ejusd.) ¶ Qui sciens delictum vergens in Reipublicae detrimentum non accusat

16 Promotor veniat causae nominandus; (1) secus verò in tribunalibus ecclesiasticis, ubi Fiscalis ordine sacro insignitus debet adesse. (2) Item, si non omnino sint rogati, non debent adesse. Mandamos, que ante las Justicias ordinarias de los nobres Reynos, y Señorios, no hayan, ni se pongan, ni nombren Fiscales, que generalmente tengan cargo de acusar, ni pedir generalmente cosa alguna de officio: salvo solamente, quando algun caso se ofreciere, que sea de calidad que convenga proceder en el de officio, y que haya Fiscal: que entonces, para en

delinquentem, graviter peccat, D. Thomas, & Comm. Etiam peccat, qui falso accusat; & qui quavis verè, accusat tamen ex affectu odii, aut vindictae: & qui non denuntiat delinquentem post edita Prælatorum id precipientia, nisi ille sit pater, mater, filius, conjux.

Fiscalis in causis criminalibus peccat graviter, si omittit accusationem, aut non curat ut delinquentis puniatur juxta criminis gravitatem, quia muneri suo in re gravi non satisfacit.

Denuntiare quis tenetur, aut testificari delictum sibi extra confessionem sub secreto manifestum, si vergat in damnum aliorum, quia tunc non obligat promissio secreti etiam sub juramento, Navarr. de rest. l. 2. c. 4. n. 223.

Si denuntiandum esse furem precipiatur, & quis sciat, alium rem abstinuisse per occultam compensationem, omnibus requisitis servatis, non debet, nec potest eum denuntiare, quia injustè infamaret illum, Silvester verb. Furtum, q. 15. Quod verum est, etiamsi adderetur in excommunicatione denuntiandum esse adhuc eum, qui titulo compensationis rem accepisset. Cum enim accipiens sic, non peccaverit, excommunicatio in eo vi caret, siquidem nequit proferri valide, ubi peccatum grave non intercedit.

Accusatio differt à denuntiatione in eo, quod in accusatione attenditur criminis puniatio, D. Thom. 2. 2. quest. 67. art. 3. ad 2. in denuntiatione fratris emendatio. Præterea, quia accusationem non debet præcedere correctio fraterna, sic verò denuntiationem. Russus, quia accusator tenetur probare, non verò denuntiator. Demum, quia communiter accusatio fit in scriptis, non verò denuntiatio. Ceterum Jdex non semper indiget accusatione ad procedendum, nam ad id sufficit clamorosa insinuatio, quæ accusationis locum tenet.

Nemo tenetur complicis sui delicti denuntiare, Diana, p. 1. tract. 4. resol. 8. §. 9. quia id esset denuntiare se ipsum, ad quod non tenetur.

Si quis juret, se denuntiatorem omnia delicta alicujus, non obligatur nisi ad ea denuntianda, quæ ei independenter à juramento licitum est denuntiare. Quod si jurans habuit in animo denuntiare quolibet delicta indistinctè, tunc si ex circumstantiis non liceret denuntiare, adhuc graviter peccavit, ob defectum justitiae in juramento, Sylv. verb. Denuntiatio q. 5. ¶

Accusationem eleganter describit Antonius Matthæi ad lib. 48. ff. tit. 13. cap. 1. n. 1. his verbis: Accusatio nihil aliud est, quam criminis ad Judicem delatio atque executio vindictæ publicæ causa facta: Sin autem ejus etymon inquiras, eam dictam esse à causa, non à cudo vel caso contra Priscianum sentit Hofmannus.

Inter eos qui accusare haud possunt sunt infames. At de notatis infamia juris in intelligendum rectè monet Anton. Matthæi ubi supra numer. 8. ubi rationem etiam reddit, cur hæc persone accusare nequeant.

Pauperes accusare nec possunt. Exceptionem verò quàm affert Auctor de pauperibus illis, qui integris moribus sint, non probat Anton. Matthæi eodem loco n. 9.

Filius familias accusare posse, dummodo pater consentiat, sentiunt nonnulli. At sunt, qui tenent patris consensum non requiri, idque quia filius familias in causis publicis pro patrefamilias habetur, L. 9. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. Prior opinio probabilior videtur, nam permissum nec esse filiofamilias proponere actionem injuriarum sine patris consensu, nisi sit vilis & contemnenda persona patris, L. 17. §. Filiofamilias, & Interdum ff. de injur. Nec obstat quod filius familias

si, Promotor veniat causae nominandus; (1) secus verò in tribunalibus ecclesiasticis, ubi Fiscalis ordine sacro insignitus debet adesse. (2) Item, si non omnino sint rogati, non debent adesse. Mandamos, que ante las Justicias ordinarias de los nobres Reynos, y Señorios, no hayan, ni se pongan, ni nombren Fiscales, que generalmente tengan cargo de acusar, ni pedir generalmente cosa alguna de officio: salvo solamente, quando algun caso se ofreciere, que sea de calidad que convenga proceder en el de officio, y que haya Fiscal: que entonces, para en

37 in causa publica pro patrefamilias habetur. Nominè enim causæ publicæ non venire accusationem apposite notat Anton. Matthæi loc. cit. n. 5.

38 Deterior est conditio servorum. Ii accusare solùm possunt de his criminibus, de quibus permissum est omnibus accusare, puta majestatis, fraudatæ annonæ, falsæ monete &c. L. 53. ff. de Judic. Num de his criminibus permissum sit servo accusare etiam dominum, vide Anton. Matthæi loc. pluries laudato n. 4.

40 Communis schola requirit in Accusatore ad minimum annos viginti, eo quia minor viginti annis nec testis in criminalibus causis esse potest, L. In testimonium ff. de Testibus. At displicet hæc sententia Antonio Matthæi eodem loco num. 3. non enim ut in Fide testis, ita in fide Accusatoris salus Rei vertitur. Concurrere tamen debet in Accusatore ea ætas, quæ postulare & in publicum procedere valeat, id est ætas 18. annorum. Quinimodò Accusatori hujus ætatis annorum 18. Curator adesse in judicio debet, L. 1. ff. de Postul. L. 4. C. de Audi. proxi.

42 Familiares & domestici cum patrem familias accusare valeant, & nomine eorum quoniam veniant, videbis apud Anton. Matthæi ibid. num. 14. Id autem non omnitemus, maritum & uxorem utpote venientes nomine domesticorum à mutua accusatione removeri, excepto adulterii crimine, (Vide add. tertiam hispan. in verb. Infamia) nec non suppositi partus, & veneni parati, L. 1. C. ad L. fuculæ de Adul. L. 2. §. Si publico L. 13. §. Juxta ff. eod. L. 30. §. 1. ff. ad Leg. Cornel. de Fals.

43 Singulares qualitates requiruntur in eo, qui Episcopum accusare intendit, C. 15. c. 2. q. 7. Non enim alii admittendi quam idonei, & probatissimi viri qui suspicionibus & sceleribus careant. Sunt enim à Deo judicandi, non ab humanis, aut prave vias Hominiibus lacerandi, sed potius ab omnibus Fidelibus portandi. ¶

ACCUSARI QUI POSSINT, VEL NON.

SUMMARIUM.

- 1 Accusari non possunt primo infantes, furiosi, & mente capti.
- 2 Minores tamen quia jam doli capaces sunt, accusari, vel puniri possunt, poena tamen mitiori.
- 3 Secundo accusari non possunt nec pueri, qui ante plures annos delictum commiserunt, & illud jam præscriperunt.
- 4 Sic delicta carnis præscribuntur, & abolerunt lapsu quinquennii.
- 5 Exciipiuntur tamen stuprum.
- 6 Et adulterium cum incestu.
- 7 Tertio, semel accusati, & jam absoluti, iterum accusari non possunt de eodem crimine.

Inter eos, qui accusari, & sententiarum non possunt, absentes nomenclantur: hæc doctrina à nostris legibus aliquè deviat, quippè contra reum absentem formatur processus, ter eum citando cum novem dierum termino in quacunque diligentia, sequestratione præcedente præconizari etiam debet in quolibet ex illis, cum notificatione in domo Rei, edita in populo jactando, comprehendenda delictum, ratione cujus inquiritur, vel accusatur, assignatum terminum, præconiaque ad comparandum prolata; his executis libellus accusationis formiter proponitur intra trium dierum spatium: quo elaso, processus, incusata contumacia, pro concluso habetur, & cum termino competenti, in quo de absentis innocentia judex inquirat, ad probationem recipitur: subsequenterque ad repulsa etiam in triduo testimonio obijcendis fit publicatio: exinde procedendo ad sententiam definitivam; quæ quidem praxis, seu stylus processum faciendi, causamve instruendi, Judices Ordinarios tantum ligat: (1) non verò Prætores, vulgò

37 in causa publica pro patrefamilias habetur. Nominè enim causæ publicæ non venire accusationem apposite notat Anton. Matthæi loc. cit. n. 5.

38 Deterior est conditio servorum. Ii accusare solùm possunt de his criminibus, de quibus permissum est omnibus accusare, puta majestatis, fraudatæ annonæ, falsæ monete &c. L. 53. ff. de Judic. Num de his criminibus permissum sit servo accusare etiam dominum, vide Anton. Matthæi loc. pluries laudato n. 4.

40 Communis schola requirit in Accusatore ad minimum annos viginti, eo quia minor viginti annis nec testis in criminalibus causis esse potest, L. In testimonium ff. de Testibus. At displicet hæc sententia Antonio Matthæi eodem loco num. 3. non enim ut in Fide testis, ita in fide Accusatoris salus Rei vertitur. Concurrere tamen debet in Accusatore ea ætas, quæ postulare & in publicum procedere valeat, id est ætas 18. annorum. Quinimodò Accusatori hujus ætatis annorum 18. Curator adesse in judicio debet, L. 1. ff. de Postul. L. 4. C. de Audi. proxi.

42 Familiares & domestici cum patrem familias accusare valeant, & nomine eorum quoniam veniant, videbis apud Anton. Matthæi ibid. num. 14. Id autem non omnitemus, maritum & uxorem utpote venientes nomine domesticorum à mutua accusatione removeri, excepto adulterii crimine, (Vide add. tertiam hispan. in verb. Infamia) nec non suppositi partus, & veneni parati, L. 1. C. ad L. fuculæ de Adul. L. 2. §. Si publico L. 13. §. Juxta ff. eod. L. 30. §. 1. ff. ad Leg. Cornel. de Fals.

43 Singulares qualitates requiruntur in eo, qui Episcopum accusare intendit, C. 15. c. 2. q. 7. Non enim alii admittendi quam idonei, & probatissimi viri qui suspicionibus & sceleribus careant. Sunt enim à Deo judicandi, non ab humanis, aut prave vias Hominiibus lacerandi, sed potius ab omnibus Fidelibus portandi. ¶

Accusari non possunt primo Infantes, furiosi, & mente capti, istis enim ob defectum rationis delicta non imputantur; l. Infans 12. ff. ad l. Corn. de sicariis, leg. Divus 14. ff. de officio Præsidis, l. 9. tit. 1. c. l. 9. tit. 31. p. 7. Minores tamen, quia jam doli capaces sunt, accusari, & puniri possunt, poena tamen mitiori, habita ratione ætatis, & imprudentiæ, c. 1. de delictis pueror. leg. Auxilium 35. ff. de minoribus l. Fere in omnibus 108. ff. de R. J. l. 4. tit. 14. p. 6. Secundo, accusari non possunt nec pueri, qui ante plures annos delictum commiserunt, & illud jam præscriperunt. Sic delicta carnis præscribuntur, & abolerunt, lapsu quinquennii, post quod nec accusari, nec puniri possunt; l. Marit. 29. ff. ad l. Jul. de adult. l. Adult. eod. l. 2. tit. 17. p. 7. Exciipiuntur tamen stuprum per vim illatum, l. Marit. ff. ad l. Jul. de adult. §. fin. Et adulterium cum incestu, l. Vim 5. pass. §. Præscriptione ff. eodem, & etiam raptus l. Qui cætu ff. ad l. Jul. de vi publica, quia ista delicta sicuti cetera alia, quæ delicta carnis non sunt, ad sui abolitionem, & præscriptionem 20. annorum spatium requirunt, l. Querela falsi cod. ad l. Corn. de falsis, ubi habetur, querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum præscriptione, sicuti cetera quæ fere crimina. Tertio, semel accusati, & jam absoluti, iterum accusari non possunt de eodem crimine, cap. De his 6. de accusat. c. l. Licet 6. §. ult. ff. Naute, Capones &c. l. 12. tit. 1. p. 7. Si tamen secundus accusator suam, vel suorum injuriam persequatur, & doceat primam accusationem ignorasse, vel primum accusatorem non fideliter egisse, sed prævaricatum fuisse, adhuc audiri debet, l. Si quis 11. cod. de accusat. quoniam ut ibi dicitur res inter alios judicate aliis non præjudicant, Quarto, Absentes non possunt accusari, & sententiarum, cap. 1. caus. 2. q. 8. c. l. Absentem 6. cod. de accusat. possunt tamen absentes accusari, ut à Judice legitime citen-

tificat una carta de emplazamiento en lugar público de la tal ciudad, villa, ó lugar, en cada uno de los dichos plazos, en la qual se contenga el delito de que es acusado, y el termino, y pregones, y rebeldias, que à la sazón fueren acusadas, y la acusacion que le fuere puesta, para que se venga à salvar del delito que le es opuesto, y siendole asi acusada la rebeldia, si al primer plazo no pareciere, mandamos que sea condenado en la pena del desprez: y si pareciere ante el Juez al segundo plazo, que haya de pagar, y pague el desprez, y las costas, y sea oido; y sino pareciere, siendole acusada la segunda

tentur, l. 1. §. 2. ff. de requir. vel absent. damn. qui si intra praefatum terminum non comparent, describuntur, & arrestantur eorum bona, & elapso anno eis ad se defendendos concessio d. leg. 1. ff. de cod. de requir. & absent. damn. nisi probaverint fuisse legitimum impeditos, arg. l. Succurritur 9. ff. ex quibus causis. Quinto, accusari non possunt Magistratus temporales, vel Praesides, aut Legati Provinciarum durante eorum officio, nisi delinquant circa officium, vel crimen notorium sit; l. Hos accusare 12. ff. de accusat. l. 11. tit. 1. p. 7. In reliquis autem differtur accusatio usque ad terminum officii, data interim ab eis cautione de iudicio sistendi; l. Si adult. 38. §. ult. ff. ad leg. Julianam de adult. Sexto, accusari non possunt Christiani ab infidelibus, haereticis, & iudaicis, 12. cap. Paganus caus. 2. q. 7. Denique accusari non possunt omnes, qui superiores se non agnoscunt, ut Papa, Imperator, Rex &c. cap. Nemo 13. caus. 9. c. Aliorum 14. c. Facta 15. caus. 9. q. 3. (Ad primum vide quae antedecederent sunt adnotata supra. Per omnia: l. 17. tit. 14. p. 7. & add. hisp. in verb. Furtum. Regul. 4. tit. 34. p. ejusd. Ad secundum l. 4. tit. 19. p. 6. l. 9. tit. 1. l. 10. tit. 7. l. 8. tit. 31. part. 7. nisi per vim adulterium fuisset commissum, nam tunc intra triginta annos l. 4. tit. 17. p. 7. aut divortium praecesserit vide leg. 3. ejusd. Ad tertium leg. 13. tit. 20. lib. 4. For. Reg. §. 12. tit. 1. p. 7. nisi probetur malitiosè fuisse absolutum, vel liberaandi causa ead. leg. 12. §. 10. tit. 20. lib. 4. ejusd. For. Ad quintum leg. 2. §. 11. tit. 1. part. 7. leg. 2. ejusd. tit. §. lib. For. Reg.)

13 Accusatio contra Praelatos, seu superiores non est de facili admitenda ex Concil. Lateran. 3. cap. 8. ubi reddens rationem habet praecisa verba: Quia dicit Concilium, non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quia etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter ordinum multorum incurrit, & insidias parantur. Ideo Sancti Patres providè statuerunt, ut accusatio Praelatorum non facili admitatur, ne concussus concussio contra edificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum fassa, sed etiam maligne criminacioni janua praeccludatur? Ita Concil. ad literam. Legati, Praesides provinciarum, quique reipublicae causa absunt, accusari non possunt, dummodo tamen non detractandae legis causa absint; si enim quis vel negotii sui obeundi gratia, vel evitanda accusationis liberam legationem impetret, eandem cum reliquis absentibus fortunam subibat, nempe ut requirendum annotetur, ejusque bona obsignentur, l. Absentem 6. c. de accus. leg. 2. de exhib. & transmitt. reis: ibique diferte Antonius Matthaei ad tit. de accus. cap. 3. num. 2. Si crimen pluribus legibus vindicetur, accusatus ex una lege, accusari, & reus fieri non potest ex alia ob idem crimen admissum, ut (ut explosa Accusarii, ceterorumque veterum glossophorum sententia) apprimè

Alcalde de Corte, y Chancilleria, quoniam, si coram istis causae agitentur, citatio, & praenotatio ter faciendae venit sub triduo, cum unica contumacia incusatione in novem diurnum finem: & si Reus non compareuerit, causa habenda erit pro conclusa, in litemque prosequetur, hispano sermone, en rebeldia con los estrados. (1)

rebeldia, si el delito fuere de muerte, ò tal, porque merezca muerte, sea condenado en la pena del homecillo. y si al dicho tercero plazo no pasciere, siendo la acusada la tercera rebeldia, mandamos que le sea puesta la acusacion en forma como si fuese presente, y mandesele que responda à ella dentro de tres dias: y si dentro de los tres dias no pasciere, siendole acusada la rebeldia, se haya el pleyto por concluso, y se reciba à pueba con el termino que le fuere señalado; con tanto, que no exceda el termino del que por leyes de este nuestro libro está ordenado que se asigne en las causas civiles: informandose asimesmo el Juez de su officio, por quantas maneras pudiere, de la inocencia del tal acusado: y pasados los dichos dias se presente la tal probanza en el proceso, y se haga publicacion en la causa con termino de tres dias, para tachar, y decir

Antonius Matthaei loco citato numer. 4. deducit el L. Senatus 4. ff. de accusat. Servi accusari quidem possunt de crimine, nonnullis tamen exceptis, iis scilicet in quibus bonorum pars publicatur, vel quorum poena est civitatis, vel libertatis ademptio. Non ideo tamen poenam servi evadent eorumdem criminum rei; Alia enim, sed extra ordinem, duriori plecentur, ut ad l. Hos accus. 12. §. ult. ff. de accus. advertit loco citato numer. 1. Antonius Matthaei.

ACCUSATOR AD QUID TENEATUR.

SUMMARIUM.

- 1 Accusator tenetur se subscribere ad poenam talionis.
- 2 Accusator tenetur probare crimen quod obijci.
- 3 Et si non probat, tenetur subire poenam talionis.
- 4 Istitis tamen nostris temporibus videtur hanc poenam talionis abesse in desuetudinem. Si quis tamen esset convictus, quod innocentem vere malitiosè accusasset, deberet adhuc puniri poena talionis.
- 5 Accusator nedom in scriptis tenetur dare accusationem, sed praeter scripta debet in persona se conferre ad iudicem.
- 6 Accusator oblato jam libello non potest amplius desistere ab accusatione.
- 7 Potest tamen desistere impune ante libellum oblatum, etiamsi publicè, & coram iudice prius dixerit se accusatorem.
- 8 Accusator tenetur ad expensas, si accusatus se purgat.
- 9 Accusator accusans ob pecuniam, puniendus est exilio, vel durius, tenetur restituere, nec unquam potest esse iudex, aut testis.
- 10 Accusans Clericum si non probat per tres, vel saltem duos testes, excommunicatur.
- 11 Ex aliena manu subneuntur, ad num. 21.

ACCUSATOR tenetur se subscribere ad poenam talionis, S. Damasus epist. 4. cap. 7. caus. 4. cap. Nullus introducatur. Et tenetur probare crimen, quod obijci caus. 2. q. 8. cap. Qui crimen caus. 2. q. 7. cap. Si quis Episcopus, Presbyter. &c. Et si non probat, debet subire poenam talionis, id est poenam, quam reus pati debuisset, si crimen probatum fuisset, S. Damasus post epist. 7. decret. 1. caus. 2. quest. 3. capitul. Calumniator. Accusator, qui probare debet crimen, non tenetur prius corrigere fratrem; obligatio enim illa probandi supponit, non esse crimen omnino occultum; & praeterea ille jus habet, ut bonum proprium curet, vel reipublicae, cujus membrum est, & ne delicta maneant impunita, nec delinquentis consortio alii inficiantur, Corduba de detractione quest. 2. concl. 4. ¶

de bien probado: y esto asi hecho, sea avido el pleyto por concluso para definitiva. . . (1) L. 7. tit. 6. lib. 2. Ordenamos, que en la forma del citar, y proceder en las causas criminales por los dichos nuestros Alcaldes de la nuestra Casa, y Corte, y Chancilleria, tengan, y guarden la forma siguiente: que si el delito fuere cometido dentro de nuestra Corte, y cinco leguas enderredor, que los dichos nuestros Alcaldes hayan su informacion; y avida, que el reo sea atendido, y pregonado por los nueve dias acostumbrados por tres emplazamientos, y por pregon de tres en tres dias, sin acusar rebeldia, salvo el postremo de estos nueve dias. . . y si en el postrimero plazo el reo no pasciere, que luego otro dia siguiente se haya el pleyto por concluso, y de ahí adelante continen su pleyto en rebeldia con los estrados. . .

Istitis tamen nostris temporibus videtur hac poena talionis abesse in desuetudinem, & commutata per contrariam consuetudinem in poenam arbitriariam, & extraordinariam, ex quo propter talionis poenam multatiam à iuxta accusatione fuerint deterriti, & sic delicta manserint pluries impunita non sine gravi reipublicae damno. Si quis tamen esset convictus, quod innocentem vere malitiosè accusasset, deberet adhuc puniri poena talionis, vigore const. S. Pii V. in ep. Cum primum, in qua innovatur poena talionis, & praesertim in illis locis, & regionibus, in quibus iustus de causis per suas peculiares leges mandatur, ad praeccludendam viam calumniis, & imposturis, adhuc observari superius citata decreta S. Damasi de poena talionis. Vid. verb. Poena art. 2. num. 24.

- 5 Accusator nedom in scriptis tenetur dare accusationem juxta caus. 2. q. 8. cap. Accusatore, sed praeter scripta debet in persona se conferre ad iudicem, caus. 5. q. 2. cap. Relatum, & q. 8. cap. ultim. (Lex. 14. tit. 1. p. 7. Lex. 5. tit. 20. lib. 4. For. Reg.)
- 6 Accusator, oblato jam libello, non potest amplius desistere ab accusatione, & quia interest reipublicae ne deseratur accusatio jam inchoata, sive sit vera, sive sit falsa: si enim esset vera, eam prosequi oportet, ne delicta maneant impunita; si vero falsa, eam prosequi expedit, ut calumniator debite puniatur, l. in senatus consultum 10. §. 5. ff. ad s. c. turp. & aut. qui semel, cod. quomodo, & quando, l. viles 11. §. 3. ad leg. Julianam de adult. Potest tamen desistere impune ante libellum oblatum, etiamsi publicè, & coram iudice prius dixerit se accusatorem, cap. Licet 14. de accusat. Accusator tenetur ad expensas, si accusatus se purgat de accusat. cap. Accedens, l. qui crimen, 3. cod. de his, qui accusat. & incurrit infamiam, l. si pro eo, 2. cod. de his, qui accusat.
- 9 Accusator accusans ob pecuniam puniendus est exilio, vel durius, & tenetur restituere, nec unquam potest esse iudex, aut testis, caus. 1. q. 1. cap. ult. Accusans Clericum, si non probat per tres, vel saltem duos testes, excommunicatur, caus. 3. quest. 4. cap. Placuit.
- 11 Tria olim Accusatorum praestare oportebat de Jure Romano, ut legitime accusationem institueret; Delationem scilicet, Inscriptionem, & Subscriptionem. Primum enim nomen rei ad Praetorem deferre postulans, ut inter res reciperetur. Secundum inscribere. Inscriptio autem erat professio accusatoris profectus se detulisse nomen rei; sebatque correcto iudici libello, vel quereela apud acta publica. His accedebat ultimo loco Subscriptio, qua accusator testabatur se professum esse, ad talionis poenam semet obligando. Cautionem vero, & inscriptionis formam, modum, ad solemnitates eruditè & copiose demonstrat Anton. Matth. cap. 6. per tot. de accus. 15 Probandi onus accusatori incumbit. (Leg. 7. tit. 20. lib. 4. For. Reg. leg. 1. tit. 7. p. 7.) Quibus autem modis crimen accusati probandum sit, patet ex l. ult. cap. de probat. Tres ibi afferuntur probationis species. Testes scilicet, tabulae, & indicia, sive argumenta, quae tamen extent luce clariora. Quare falli manifesto eos, qui in criminali iudicio tabulis & argumentis probandi vim negant esse, evincit more suo nervosè & doctè Antonius Matthaei de prob. 1. n. 3. & c. 6. ser. per tot. (Vid. add. hisp. secund. in verb. Probatio, & verb. Testis, vid. tit. 11. 12. 13. 14. praecipue in leg. ejus 8. tit. 16. §. 17. p. 3.) Poena Accusatoris oblato jam libello ab accusatione desistentis ex s. c. turpillano Neronis temporibus edito haec est. L. puniatur extra ordinem multa quinquè libra-

Sicuti poena talionis, multis abhinc temporibus in desuetudinem abiit, ita comparandi personaliter obligatio, oblato ab Accusatore libello. Nostro jure, cum certae causae in quibus ab accusatione amplius se desistere haud possit, nominentur, Auctoritas doctrinae num. VI. appositam oportet eodem intelligendum conceptu; generaliter enim ibi in potestate Accusatoris similis desistentia, relinquatur, iudicis tamen interviendae auctoritate, (1) attempta qualitate delicti: eoque ab abolitioni non sit locus, praecipue in aliquibus. (2)

(1) L. 19. tit. 1. part. 7. Ciertas, & señaladas cosas son en que el Acusador no puede desamparar, ni quitar la acusacion que oviere fecho. . . pero si deshonra ninguna non oviese recibido, bien podria el Acusador desamparar la acusacion con otorgamiento del

FERRAR. BIBLIOT. TOM. I.

rum auri fisco applicandarum, l. 3. ff. de praevocari. (Vide leg. 19. & 22. tit. 1. p. 7.) II. Ab instituta accusatione, si persequi eam velit, repellitur, l. 2. §. 3. ff. ad turpillan. III. Infamia notatur, & ad expensas, & 20 damna condemnatur, l. 3. cap. qui accusare, l. Spurii 6. §. qui iudicis ff. de accusat.

Excipias tamen ab hisdem poenis feminam, atque 21 minorem, nisi tamen pacto, aut pratio accepto ab accusatione desistant, l. 1. §. accusat. 10. ff. ad turpillan. Gonzalez cap. 14. num. 5. de accusat.

ACCUSATUS.

SUMMARIUM.

- 1 Accusatus fatigandus non est, si accusator non est legitimus.
- 2 Non potest puniri, nisi convincatur.
- 3 Non potest alium accusare, nisi prius se purget à crimine.
- 4 Pendente accusatione non potest esse testis.
- 5 Non tenetur respondere, nisi oportet.
- 6 Et danda sunt omnia capitula &c.
- 7 Tenetur se purgare canonice.
- 8 Si dum purgat, deficit, habetur ut reus.
- 9 Bona fama ejusdem facit praesumptionem innocentiae.
- 10 An teneatur veritatem fateri iudici, ad num. 23.
- 11 Accusatus seu reus, qui crimen semel negavit injurte, & cum juramento, an teneatur illud confiteri post latam sententiam, ad num. 28.
- 12 Accusatus, seu reus, qui ut tormentorum mentitus sibi falsum crimen imposuit, an teneatur se retrahere, ad num. 42.
- 13 Accusatus, seu reus interrogatus à iudice, ut sub juramento dicat quantum meritis v. gr. apud se retineat, ad quid teneatur.
- 14 Signatur add. ex aliena manu, ad num. 55.

ACCUSATUS fatigandus non est, si accusator non est legitimus, de accus. c. 1. Accusatus non potest puniri nisi convincatur, Nicolaus I. resp. ad cons. Bulg. c. 86. (L. 3. tit. 8. lib. 2. For. Reg. 9. tit. 11. lib. 3. Reg. Ord. Leg. 26. tit. 1. p. 7. leg. 7. tit. 31. ejusd. part. Leg. 12. tit. 14. p. 3.) Accusatus non potest alium accusare nisi prius se purget à crimine, caus. 3. q. 1. c. Neganda, Stephan. I. epist. 2. (L. 10. tit. 16. p. 3.) Accusatus pendente accusatione non potest esse testis, de test. cap. fin. Non debet. Accusatus non tenetur respondere nisi vocetur, Damasus, c. 5. q. 2. c. Vocatio ad Synodum. Accusato danda sunt omnia capitula, in quibus accusatur, nomina, & dicta testium, ut possit se defendere, excepto casu haereticis, quia in hoc non dantur nomina, de accus. cap. Qualiter. Accusatus etiamsi non sit convictus, vel accusator deficiat, adhuc tenetur se purgare canonice, Conc. Later. III. in append. p. 50. c. 65. Accusatus, & 8 non convictus, si dum se purgat, deficit, habetur ut reus, Conc. Later. III. in append. p. 50. c. 65. de Simonia, c. 13. & 15. Bona fama accusati non solum facit praesumptionem innocentem, sed abstergit praesumptionem contra ipsum, Rot. Roman. p. 9. tom. 1. dec. 245. n. 62. cum seq. Accusatus non tenetur veritatem fateri iudici, etiamsi interrogetur sub juramento, quando non servato juris ordine interrogat, id est, nondum habitis de delicto mani-

Juez fasta treinta dias. . . (2) L. 4. tit. 10. lib. 8. Ibi: Pero procediendo cerca de las dichas palabras, mandamos que aunque despues la parte que dio querrela, se aparte de ella, que nuestras Justicias hagan justicia. . .

P 2